

Vita autem virtusque communis: consilia: sermones: cohortationes: consolationes: interdum et obiurgationes: in amicis uigent maxime. Et quae ea iucundissima amicitia quam similitudo morum coniugauit.

Sunt officia que aliis magisquam aliis debeantur: ut iucinum cicius adiuueris in fructibus percipiendis quam aut fratre aut familiarem: At si lis in iudicio sit propinquum potius & amicum quam iucinum defenderis.

Sed ut nec medici nec imperatores: nec oratores quamvis artis precepta percepérint quamquam magna laude dignum sine usu & exercitatione consequi possunt: Sic officia conseruandi & precepta traduntur illa quidem ut faciamus ipse.

Quocunq; nemo qui fortitudinis gloria consecutus est misericordia & malitia laudem est adeptus: Nihil enim honestum esse potest quidem iusticia uacat.

Praetclarum igitur platomis illud: non solum in quaestione scia quae est remota iustitia: calliditas potius quam sapientia est appellanda: uenit etiam aius paratus ad periculum si sua cupiditate non utilitate comuni impellitur: audacie potius